UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Approbatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95437

Visual Library

FACVLTAS

REVERENDISSIMI DOMINI,

D. STEPHANI WEBERI EPISCOPI MYSIENSIS, REVERENDIS.[mi] ET ILLVSTRIS.[mi] ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI

Suffraganei, SS. Theologiæ Doctoris & librorum Cenſoris.

OBLATI ſunt nobis decem libri Politicorum, à R. P. Adamo Contzen Societatis IESV ſacerdote, & in alma noſtra Academia Moguntina Doctore, & Profeſſore ordinario compoſiti; atque ab eiuſdem facultatis Theologis, aliýſqúe cenſi, & approbati: Quare vt ad communem vtilitatem typis mandentur, permittimus. Cùm verò in eiſdem de vniuerſæ Reipublicæ inſtitutione, cauſis, fine, legibus, Magiſtratibus, potentiâ, ſeditionibus etiam, & bellis auctor diſputet: & tam ex diuinis literis, ſacris Conciliјs, Patrum ſcriptis, Theologiæ, & Canonum decretis, quàm naturali ratione, iure ciuili, Principum inſtitutis, & factis, Regnorum conſuetudinibus, & priſcæ, recentiſqúe hiſtoriæ exemplis, Reipublicæ feliciter adminiſtrandæ regulam, modumque demonſtret, eos priuatis pariter, & in Magiſtratu poſitis vtiles fore confidimus. Moguntiæ Anno 1621. 6. Maij.

Stephanus VVeberus Epiſcopus Myſienſis,
Suffraganeus Moguntinus, qui ſuprà, in fidem ſubſcripſit.

APPROBATIO.

HOs decem Politicorum libros à P. ADAMO CONTZEN Societatis noſtræ Theologo conſcriptos, atque à deputatis ad id Theologis lectos & approbatos, ego IOANNES COPPERVS, Societatis IESV apud Rhenum Prouincialis, conceſsâ mihi poteſtate ab Admodum R. P. N. MVTIO VITELLESCIO, Societatis noſtræ Præpoſito Generali, typis mandari permitto. Moguntiæ die 22. Aprilis, Anno 1620.

Ioannes Copperus.